

P A L L A D I I

D I V I E V A G R I I

D I S C I P V L I L A V S I A C A

quæ dicitur historia,

E T

T H E O D O R E T I E P I S C O P I

C Y R I ΘΕΟΦΙΛΗΣ, ID EST, R E L I G I O S A

historia. Quorum uterque continet instituta, res gestas,

& miracula piorum virorum sui temporis,

Gentiano Herueto Aurelio Interpretate.

Quibus accessit S. Platonis, patris spiritualis vita, per
Theodorum Studitem.

Omnia F. T. B. D. Th. annotationibus illustrata.



P A R I S I I S,

Apud Gulielmum Chaudiere, via Iacobæa, sub
Temporis Insigni & hominis Siluestris.

1570.

C V M P R I V I L E G I O R E G I S.



GVLIELMVS CALDERIVS

PIO LECTORI.

T potior instituendæ vitæ regula
ab historiis repetenda est, seu quis
politicam, seu ab hominum confor-
tio seiuinctam vitam delegerit, sic
& illis maximè in lucem edēdis ha-
ctenus animum appuli. Habuisti, le-
ctor optime, è nostro prælo Corpus vniuersæ Bizan-
tinæ historiæ, quo Zonaras, Nicetas, Nicēphorus
gr̄goras, & Laonicus Chalcochondylas sui tem-
oris monumenta descripscrunt. Habes nunc historiam
piissimorum virorum Ascetarum, qui in Nitria, Sceti,
Ægypto, Thebaïde, Ponto, & cæteris Eremi pene-
tralibus vitam austera, sed tamen tam Angelicam
quām à mundi tumultibus liberam duxerunt. Audies
quoniā instituto se suāmque carnē refrenarunt, mem-
bra super terram mortificarunt, séque Christo confi-
xerunt: ut sicut passionem, ita & gloriæ participes fie-
rent. Habes & eius instituti primos professores. Pr̄e-
clarum opus vtique, & quod maximam adferat cōfo-
lationem ei, qui primam catholicæ Ecclesiæ faciem &
puritatem contemplari desiderat. Hæc hauries ex op-
timis, illisque antiquis patribus, Palladio & Theodo-
rato, quos Gétianus Heruetus de Christiana Repub.



P R O O E M I V M H I S T O R I A E
S A N C T O R U M P A T R U M,
quæ dicitur Lausiaca.

NHOC LIBRO SCRIPTA
 est qua in virtute vrebantur exercitatio, & admirabilis vitæ agendæ ratio, beatorum & sanctorum Patrum, qui degebant in solitudine. ut eos æmulentur ac imitentur, qui cœlestem volunt vitam agere, & quæ ad regnum cœlorum deducit, vitam ingredi. annumque mulierum memoria, & inclitarum matrum à Deo inspiratarum, quæ magno & forti animo virtutis exercitationis peregere certamina. ut exemplar proponatur, & amor excitetur iis quæ continentiae ac castitatis volunt coronam redire. ex sententia & voluntate viri, qui est varia ac multiplici doctrina præditus, moribus pacificus, & corde pius, menteque religiosus, & in iis quæ sunt opus egentibus communicandis liberalis, & propter morum bonitatem multis viris eximiis est in summis honoribus præpositus, & omnino custoditur virtute diuini spiritus. Qui quidé nobis iussit, vel si verum potius dicere oporteat, ad eorum quæ sunt meliora contemplationem, hebes nostrum & obtusum excitauit ingenium, ut ad proponendam

A

Huius libri argumentum.

Intentio.